

## RECENS HABITAE. 25

Die 24. tres Stellæ orientales omnes visæ sunt,  
ac fere in eadem cum Ioue recta linea; media n.

Ori. \* \* \* \* \* Occ.



modice in austrum deflectebat. Ioui propinqui-  
or distabat ab eo *min. 2*. sequens ab hac *min. 0. sec. 30*. ab hac vero aberat orientior *min. 9*. erantq;  
omnes admodum splendidæ. Hora vero sexta,  
duæ solummodo sese offerebât Stellæ in hoc po-  
situ: nempe cum Ioue in eadem recta linea ad vn-  
guem, a quo elongabatur propinquior *min. p. 3*.  
altera vero ab hac *min. p. 8*. in vnam, ni fallor, co-  
ierant duæ mediæ prius obseruatæ Stellulæ.

Die 25. hora 1. min. 40. ita se habebat consti-

Ori. \* \* \* \* \* Occ.



tutio, aderant enim duæ tantum Stellæ ex orien-  
tali plaga, eæque satis magnæ. Orientalior a mè-  
dia distabat *min. 5*. media vero a Ioue *min. 6*.

Die 26. hora 0. *min. 40*. Stellarum coordinatio  
eiusmodi fuit. Spectabantur enim Stellæ tres,

Ori. \* \* \* \* \* Occ.



quarû duæ orientales, tertia occidentalis a Ioue:  
hæc ab eo *min. 5*. aberat, media vero orientalis ab  
eodem distabat *min. 5. sec. 20*. Orientalior vero a  
media *min. 6*. in eadem recta constitutæ, & ciuf-  
dem magnitudinis erant. Hora deinde quinta cõ-  
stitutio fere eadem fuit, in hoc tantum discrepās,

Ori. \* \* \* \* \* Occ.



quod prope Iouem quarta Stellula ex oriente, e-